


**Nachrichten von der Güstrowschen Domschule : womit zu der ... anzustellenden Prüfung der Jugend
alle Gönner und Freunde dieser Schule mit gebührender Achtung einladet**

7.1819


1819

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1043353534>

Band (Zeitschrift) Freier  Zugang 



V. 364. (1.)
N. 364



Nachrichten 131

von der

Güstrowschen Domschule.

Siebentes Stück

womit

zu der am 27. und 28ten September

anzustellenden

Prüfung der Jugend

alle

Gönner und Freunde dieser Schule

mit gebührender Achtung einladet

Johann Friedrich Besser

Prof. und Rector der Domschule.

Krey.

Güstrow 1819.

Gedruckt mit Eberischen Schriften.

Gelesen von H. K.

[Faint, mirrored text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is illegible due to its low contrast and orientation.]

M. Georg. Schedii Gustrovium

Ich glaube dem gelehrten Theile des hiesigen Publicums einen Gefallen zu erweisen, wenn ich die lateinische Beschreibung der Stadt Güstrow, welche der, zur Zeit des dreißigjährigen Krieges von 1629 bis 1650, an hiesiger Schule gestandene Director M. G. Schedius im J. 1647 unter dem Titel Gustrovium geschrieben, zum erstenmale wie ich glaube, hier abdrucken lasse. Als die älteste Beschreibung unserer guten Vorderstadt von der Hand eines ehemaligen Directors der Domschule und besonders auch wegen der darin enthaltenen Schulnachrichten, wird sie in diesem Hefte unserer Annalen eine nicht unpassende Stelle finden können. Ich bin jedoch nicht Willens das Ganze zu geben und lasse weg was kein Interesse hat, nämlich 1) ein lateinisches Gedicht über das Stadtwapen 2) eine Dedication an den Magistrat worin er das: ubi bene ibi patria, vertheidigt und

sagt: daß er im J. 1622 von den Jesuiten aus Romotau in Böhmen vertrieben, im folgenden Jahre vom Herzog Ulrich zum Rector in Bügow bestellt und nach 6 Jahren zum Rector des hiesigen Gymnasii berufen worden, welches Amt er nun seit 18 Jahren bekleide; 3) ein Belobungs- und Glückwünschungsschreiben des damaligen Dompredigers Stephanus Hane; 4) die Einleitung des Werks, weit-schweifige Bemerkungen enthaltend über das Callusfrische: *Omnes homines qui lese student praestare ceteris animalibus, summa ope niti decet, ne vitam silentio transeant veluti pecora etc.* worauf dann eine Entschuldigung dieser Arbeit folgt, die er als ein Muster rhetorischer Behandlung solcher Gegenstände seinen Schülern zur Nachahmung aufgestellt haben will. *Nunquam mihi fuisset animus, sagt er, tale quid audendi, nisi ordo progymnasmatum illud suo jure exegisset. Haec ante jam XV annos in scholam hanc a me introducta veniam hujus civitatis non exornandae sed coelo simplici adumbrandae primam haud gravate dabunt. — Ecquam vero, omnino aliquam civitatem ex necessitate laudaturus, ut discipulis exemplum proponerem, me decebat magis decorare laude qualicunque, quam eam quae mihi domicilium et tutelam suppeditat? —* Die Darstellung selbst beginnt mit einer kurzen Uebersicht der älteren Geschichte, worin nach Cranzens Vorgang die Bandalen ihr Wesen treiben; von der Stadt Werke ist sodann die Rede und von Niclot und Pribislaw wird wiederholt was Alle wissen.

Dann erst folgt die Beschreibung von Güstrow, in welcher 5) gleichfalls manche überflüssige und geschmacklose Auswüchse, erbauliche Betrachtungen u. dergl. getilgt sind. Das Original dieses Abdrucks befindet sich unter den Handschriften der Schulbibliothek, welche dasselbe der Güte des Herrn Advocat und Stadtrichter Voß hieselbst verdankt.

G u s t r o v i u m.

Quia hactenus paucis regionem in qua Gustrovium situm est, attigimus, civitatis jam ipsius delineationem, quantam quidem consignationes veterum nobis concedent, aggrediemur.

Gustrovium nunc temporis principatus Vandalici caput ferme et metropolis nomen a situ accepit peramoeno. Veterum enim Vandalorum lingua fertur significare locum, hortis pratis et agris confitum qui sua amoenitate cultores suos oblectet. Hinc non desunt qui perhibent, Gustrow notare insulam. Utut est, res per se manifesta veritatem hujus rei evincit, Nefla siquidem a porta quam Gleviniam dicunt, alluit maximam urbis partem usque ad portam novam quam incolae corrupte das Schnoienthor nuncupant. Nobis cum ratio etymi in germanica voce non detur, nomen aliquando a novitate respectu reliquarum accepisse,

credibilius videtur. Inde sensim Maeandri instar cursu sinuoso tendit ad arva pagi *Parum* dicti. Hujus ferme lacum valde piscosum occidentem versus lambit, cui statim versus meridiem lacus Gutoviensis, sic a pago *Gutow* cognominatus succedit, et iterum alius lambens sylvam abietibus confitam, in campo ut vocant editiore, *das bohe Feld*. Hunc situm pensculatius considerans, insulae non male comparare possis. Hoc interest quod aquae non sint continuae. Taceo hic lacum illum quam male nuncupant incolae *den Sumpf*, siquidem definitio loci palustris ei competere non videtur; paludem enim dicimus aquam perinde in lacubus stagnantem, sed non perpetuam, saepe etiam quod deficit affluxus, absumptu a radiis solaribus facilem: hunc autem cum aquis nunquam destituatur, paludis nomine indignum censere possis, nisi fortasse quod qua parte arcem alluit et ferme circumdat, pisces limosos exhibet, aliis in locis minus, sed fluviatilis aquae incolis similes. Hic lacus non saltim, ut dictum, munit arcem ducum habitationem nobilem, sed etiam a meridie partem civitatis occidentalem ab occurfu hostilitatam videtur praestare, dum utramque portam Hagewaldianam et novam praetermeans circa ferme portam molinariam in *Nellam* sese exonerat, et vel hac ratione insulam efficit.

Quia vero a vetustate et conditoribus civitatis laus non exigua accedere solet, ita ut, quo quid magis de vetustate gloriari potest, eo in majore haberi mereatur aestimio, neque haec sicco nobis

quod ajunt pede transfilienda est. Annales, ut in aliis aliarum regionum locis fieri fuetum est, certos de ejus conditoribus debebant fecisse hujus rei cupidos, sed nescio, quaenam hac in parte sint accusanda, segnities majorum, quod non facile crediderim, an vero rabies Vulcani quod citius ut credam adduci me patior; quid enim ignis praeflare possit, et quousque ejus furor in hac civitate grassatus fuerit, sequentia nos docebunt. De autore itaque et conditore ejus primo, quamquam nobis non constat, ideo tamen nostra incertitia vetustati, si quid dandum est circumstantiis, nihil derogat. Pro comperto autem habemus, temporibus illustrissimi dynastae Nicolai de Werla, cujus tempora incidunt in A. C. 1250 Gufstroam ex utroque latere Neflae fitam fuisse, quarum pars australis quae etiamnum incolitur, palaeopolis, altera septentrionem respiciens et ad ptochodocheum D. Georgio sacrum, nec non quinque tilias pertingens, neapolis dicebatur. Videns autem Dominus Nicolaus de Werla vicinos marchiones Brandenburgicos intentos rebus suis haec agere, qui regionum suarum limites novis civitatibus auferent et ab hostili incursione defensum irent, necessarium et suarum esse partium duxit, vel urbes novas in sua regione exstruere, vel olim exstructas vetustate tamen sublapsas aut ruinam minitantes interpolare et munire. Itaque anno superius nominato senatui populoque Gufstroviensi indultu mere patrio permiffit, ut urbis novae citra Neflam fitae et in principum simul ac incolarum dispendium exstructae aedificia

diruerent, soloque aequatorum rudera in veteris aliquot jam secula habitatae urbis ampliationem verterent, aedificiis pluribus complerent et exornarent, cum primis severe prohibebat ne forum a loco in quo hodie situm est motum alio transferrent. Hi edicto obtemperantes aedificia novae civitatis excepto D. Georgii fano diruerunt eque lapidibus Gufrovium quo adhuc situm est loco ampliarunt, neque amplius contenti trabibus ligneis aut sepimentis limo paratis muros singulari arte structos adhibuerunt, ut post ornatior aedificiis templis et turribus urbis speciem prae se ferret, quamquam ejus nitore et magnificentiae plurimum sequens aetas detraxit. Civitas est in plano, figura ferme quadrata, intra amplitudinem et angustiam medio quasi modo se habens. Pro numero templorum cathedralis et parochialis in duas quasi dioeceses divisa. Quaelibet pars civium sibi designatum frequentat templum, ordo tamen hic a plerisque mutatur pro cuiusque devotione. Si positum coeli adspicimus, orientali plagae exposita est illa pars, quae sita est inter portam molitoriam et Glevinensem, ex quibus ad varios hortorum amoenissimorum prospectus itur. Austrum respicit arx vere regia, pristinae majestatis aemula et templum cathedrale sita inter portam Glevinensem et Hagebugianam. Occidentem describit illa pars urbis quae est inter modo dictam Hagenbugianam et novam portas, septentrionem respicit pars urbis detenta inter novam et molarem. Per omnes portas transitus est ad hortos, agros et prata

amoenissima. Fertilitate solum mediocri est et ea ager ubertate ut proventus non solum civibus sufficiat sed etiam vicinioribus civitatibus de superfluis vendi possit. Templum cujus hactenus mentio facta cathedrale, pientissimo principi Henrico Burevino debet originem. Siquidem illud anno supra duodecim secula vigesimo sexto ingentibus sumptibus erigi fecit, privilegiisque et sumptibus donavit ut episcopae Hildesimensi, si majestatem aedificii et legatorum spectes, non cederet. Clerum enim donabat nummis aureis quos ducatos nominamus, quadragies mille. Nomen huic templo D. Caecilia fecit, quod olim hoc ipso die tota Herulorum natio abdicato gentilismo religionem christianam amplexa fuerit.

Templum hoc situm est in extrema urbis parte quae exposita est Noto-Zephyro, nautis magistral, Germanis *Südwesten* dicto. Medium chori cenotaphium Henrici Burevini principis nunquam satis laudati conspiciendum exhibet; a sinistra vero, qua altare augustum petitur, genealogia ejusdem. Adjacet huic alia genealogia illustr. principis Udalrici ducis Megalpurgici nec non utriusque conjugis D. Elisabethae Seren. Danor. regis Friderici II. filiae, et D. Annae principis Pomeraniae, harumque statuae vivas personas repraesentantes; et totum quidem hoc opus alabastrite fictum et elaboratum universum stemma ducum Megalpurgicorum ab Henrico Burevino usque ad principem Joannem continet. Supra haec epitaphia in loco sublimiori vexilla funebria D. Udalrici, D. Caroli

et D. Joannis Alberti glorioſae memoriae muro infixae pendent, ut ultima parte acuminata puta, fummitatem epitaphiorum attingant. E regione ſuggeſti orchestra III. Princ. fornicibus ex ligno affabre factis et fictis fenestrisque pellucidis exornata conſpicitur. Organum muſicum ſingulare eccleſiarum noſtrarum ornamentum et ad honorem Dei ejusque laudes decantandas deſtinatum D. Udalrici temporibus ſuntibus non modicis primo exſtructum et elaboratum tempore Jo. Alberti II. reparatum eſt.

Templum parochiale, cui meditullium urbis conſeſſum, illuſtre eſt organo pneumatico praeclaro et altari, artificium aeque ac vetuſtatem ſpirante. Sunt in hoc non minus atque in cathedrali ſuae principibus utriusque ſexus orchestrae, praeter illas quae pro ſenatoribus ſunt exſtructae. Contigua coemeterio eſt curia ſatis ampla capax et ſpatiola, buleuterio ſive ſenaculo aliisque aliquot conclavibus eleganter exornatis conſpicua. Huic adhaeret forum, ex quo aditus patet ad omnes quatuor portas. Portam novam excipit forum equis, quoties nundinarum anniverſariorum tempus eſt, diſtrahendis deſtinatum.

Et quia eccleſia ſine ſcholis bene conſtitutis velut ejus ſeminariis conſiſtere nequit, ejus ut fiat mentio, requirit ordo. Sunt ſcholae officinae pietatis et virtutum, auguſtiſſimaeque ſapientiae domicilia et humanitati conſecratae ſedes, ex quibus verbi divini praecones fidi, ſenatores prudentes ad rem capeſſendam et tractandam publicam apti, pa-

tresque boni familias, aliis demum ordinibus alii inservientes proveniunt. Haec maturo apud animum consilio agitans princeps ill. Udalricus Deo et Musis Christianis sacrarium, ad cujus exstructionem benigna manu omnium statuum et ordinum homines contulisse ferunt, erexit a. c. 1579, quod a primo foundationis tempore in maximo ob singularem in docendo adhibitam dexteritatem et magnum peregrinorum accessum aestimio fuit. Primitus sex fuerunt collegae, paulo autem ante tempus meae ad Recturam vocationis quae fiebat 23. Nov. a. 1629 septimus fuit adscitus, qui pueros latine doceri non aduetos in calligraphia et arithmetica informaret. Verum hic conclamatis hisce et calamitosi temporibus quibus propter crebriores militum transitus, hostiles incurfus et immensam peste absumentorum copiam multi oeconomiae debitores facti, alii ad incitas redacti, alii fato sublati, causa fuerunt non-solutionis, abrogatus, hodiernum restitutus non est. Superintendentis et utriusque templi tam cathedralis quam parochialis pastorum et diaconorum, rectoris, conrectoris, cantoris et reliquorum collegarum salarii solutio ab oeconomio; subconrectoris vero partim ab eodem, partim a juratis templi cathedralis, utriusque tandem organicinis et aedituorum ex templorum quibus inserviunt aerariis, pastoris autem Xenodochii cui nomen a spiritu sancto, vero pauperum paracleta et consolatore inditum, vocatio et annua solutio a senatu unice dependet.

Pastorum cathedralis ecclesiae sunt tres: superintendens, pastor et diaconus. Parochialis duo: pastor et diaconus. In sessionibus privatis et processionibus publicis ordinem observare solent hunc ut pastor parochialis superintendenti et pastori cathedrali adjungatur, duoque diaconi et Xenodochialis etiam conjungantur, ita tamen ut cathedralis superiorem locum teneat, nisi vocatio intercedat.

Collegiarum scholae sunt septem, nisi ob certas causas, ut modo dictum, collegium luxatum fuerit; rector, corrector, subcorrector, cantor, succentor, arithmeticus et hypodidascalus. Verum ob datas causas unus locus huc usque mansit vacuus, cujus tamen restitutionem succrescens indies parvulorum numerus apprime desiderare videtur. Labor et studium totius collegii indefessum est, ut quilibet pro modulo et captu sibi subjectorum hoc agat, qui in pietatis verae fundamentis, artiumque et linguarum perceptione fideliter erudiantur. Et quidem primae classis auditores praeter pietatis artium et linguarum praecepta secundum praescripta Aphthonii progymnasmatum in chrisi et declamationibus scribendis et recitandis sedulo exercentur. Totius classis eadem sunt lectiones et exercitia, habito tamen respectu minorum horumque captus. Rector latino et graeco idiomate in prosa et versa majoribus; corrector vero pro inferiorum duorum scannorum insectoribus simili modo pro horum captu in prosa latine et graece nec non in versa latine proponit, ita ut septidui trigemini spatio in cir-

culum bis hic numerus ternarius redeat. Propositio exercitiorum extraordinariorum, v. g. chriarum et aliorum progymnasmatum et orationum dispositiones harumque correctio est penes rectorem. Neque tamen hinc excluditur corrector, cui liberum est, suis quos privatim instituit, similia, modo ob annos possint capere, exercitia proponere. Nemini autem in arenam descendere licet declamatoriam sine permissione rectoris, cujus est elaborata exercitia prius recognoscere et intimatione ornare qua Dn. Consilarii, Rev. Ministerium, Senatus et alii litterati invitantur. Comoediae ex praescripto majorum singulis spatiis semestribus finito examine exhibebantur ex Terentio et Plauto; verum truculentia Martis et violentia mortis pro laetitia tristitiam, pro risu fletum, pro ludicris vota et suspiria suggerentes ex manibus eas nostris tenuerunt excusserunt, et monitu quidem factum hoc superiorum. Ne tamen exercitia tam utilia plane cessarent, actus quidam rhetorici materia sacra vestiti, quae non immerito dramata sacro-politica dixeris, quod personae de arduis inter se rebus consultantes, materiam praebente sacro codice introducuntur, earum vices suppleverunt. Nee defuit conatui successus, confluentem ad haec velut ad miraculum, quod primum in notitiam venit, tanta spectatorum multitudine ut locus vix caperet. Adeo mens humana videndi et audiendi delectatione ducitur, mox vero ad frequentiam nauseat, et verum esse hic illud Senecae videmus, dicentis: naturale est magis nova quam vetera mirari. De-

bebat vel sola materia earum esse virium, nedum rerum in ea tractatarum praesentia, ut sui spectatorum et auditorum inveniret copiam; sed non minor hic nobis conquerendi ansa suppeditatur, quam aliis alibi. Qua de re vir quidam clariss. M. Adam Spenglerus R. Gymn. Berol. in communicata mecum intimatione, qua suos fautores et promotores alloquitur, ita scribit: nostrum auditorium non raro sua praesentia tot ornant, quot sunt ostia Nili aut Thebarum portae. Cum itaque tale quid nobis contingat, non mirum est, fieri, si otio alias actuoso consecrati languescere ad talia dramata exhibenda incipiamus. Quia autem mentio semel facta dramatum, unius atque alterius in gratiam posteritatis mentionem faciam. Primum de Josepho et ejus fratribus cal. April. 1636, deinde XXII Jan. 1641. De Absolone parricida exule et reduce etiam bis, primo a. 1636 sub autum. et XI Jun. 1644. De Praetore Gibeonitarum XII Apr. 1643; de Absolone patrem regno exunte XXVI Apr. 1638; de Adadefare II. Sam 8, drama bis exhibui primo XII Maj. 1637, secundo in arce principis XI Apr. 1645 praesentibus ill. principibus utriusque sexus et profapia ill. Dn. consiliaris, senatu aliisque viris literatis. Ex cujus per aliquot horas protracti sedula auscultatione animadvertum fuit, actus ejusmodi in aula principis in non parva esse existimatione. Ab eo tempore non otio sed personarum quibus tuto et commode talis provincia demandari posset, defectu a tali exercitio cessatum est. Interim inter ea quae

laudem merentur, non in minimo ponendum quod clement. nostri principis consilarii, magister aulae, cubicularius nobilis, praeceptores et nonnulli ex senatoribus virique alii litterati nostra intimatione praevia declamationes et valedictorias orationes sua praesentia condecorare hactenus non dedignati sint. Paulo ante quam pestis violentia stragem irrecoverabilem edidit, graece tam in prorsu quam vorfa saepius declamatum fuit. Et hunc morem observari etiamnum examina nostra semestria tum alii dies his exercitiis destinati, testes sunt oculares et testantur intimationes.

Sed redeo ad urbem a qua ut digrederer res scholasticae me compellabant. Aedificia in hac urbe, etsi non referunt nitorem et sumptuositatem Italicam aliarumve nationum, quae inutili sumptu prodigalitate et magnificentia vanitatem suam produnt; tamen illis non deest mundities ornatus et elegantia. Nec enim structura aedium pro conditione hujus regionis ita temnenda est ut numero aedificiorum non quaedam intersint, quae incolis fortis eminentioris et de meliori luto formati indigna essent. Vici notiores et celebriores sunt: basilicus, cathedralis, ab ornis nuncupatus, alias *Hagenwellsche Straße*, curvus ob diverticula varia dictus *der Krümpenhagen* tendens ad portam novam; colonorum vicus *die Baustraße*, molaris, oblongus, cavus *die Hollische Straße*; Glevinensis a porta, alios me latentes intermitto. Portas esse quatuor, Hagebugianam, novam, molarem et Glevinensem, ex ante dictis liquet. Pro numero portarum civitas

quadripartita dispescitur in quadrantem cathedralem sive Hagenbugianam, novam, molarem et Glevinensem, quarum nulli (patet hoc ex antecedentibus) defunt extra moenia horti, horrea, prata, agri, pascua herbofa, equis bubus vitulis ovibus capris subus etc. autumnno et hieme non minus quam vere et aestate sufficientia.

Vidimus hactenus Gustrovii initia, qualia quidem vetustas nobis rescire passa fuit. Notus nobis situs figura templa et curia cum suis ornamentis, schola, soli amoenitas et ubertas et alia his adjuncta. Progredi jam ordo suadet ad alia non minus utilia quam necessaria. Haec inter ligna minimi non sunt commatis. Et privatis quidem pretio mediocri haec comparare facile est a colonis, pagos vicinos incolentibus; magistratui vero urbico ad ea pro curia et ministris sibi subjectis comparanda ingens pecuniae summa pristinis illis temporibus elocanda erat. Videntes hoc pientissimi principes Joannes theologus, Nicolotus, Henricus Burevinus et Pribislaus fratres Senatum populemque Gustroviensem non jure solum quod vocant municipali Suerinensibus concessio, sed etiam sylvis dem Priemer und Kleest donarunt. Nicolaus insuper de Werla donationem hanc puram, ea mente antea datam, ut nullo casu intercedente ad ipsos reverteretur, a. 1359 auxit et confirmavit.

Sedem quoque haec civitas continuo dedit principibus, maxime ex quo tempore Joannes et Albertus I. a. c. 1348 Pragae principes regni sub Carolo IV. dicti sunt, praecipue vero Udalrico

gloriosissimae memoriae rerum potiente, arcis magnificae exfructiore. Adjacet huic hortus herbis et floribus exoticis constitus qui ab aqua, ubi Notum respicit, alluitur. Est in propinquo hydraulon i. e. organum extrahendae ex fundo aquae idoneum in usum arcis sufficientem. Qua tempestate pax a solo communis patriae exsulabat, grammatophylacium in area extra arcem prope hortum situm tempore interregni a duce Friedlandio dirutum, obtinet locum sibi tum addictum.

(Fortsetzung und Beschluß wird im nächsten Stück folgen)

Die Hanfsische Bildersammlung.

Die bedeutendste Acquisition, welche von uns bisher gemacht worden, verdanken wir der Güte des Herrn Hofrath Trosche, welcher die durch den Tod der wohlsehl. Frau Hofrathin Hansen zu Anfang dieses Sommers ihm erblich zugefallene ansehnliche Bildersammlung des wailand Protonotars beim ehemaligen Hof- und Landgericht Herrn Hofrath Hansen, mit allen dazu gehörigen Schränken und Capfeln und überdem noch die baare Summe von 50 Rthlrn. um ein eignes Zimmer dafür einrichten zu lassen nebst den Delgemälden des wohlsehl. Stufers und seiner Gattin, der Domschule zum Geschenk gemacht hat. Wie bedeutend diese Sammlung von Brustbildern und Ansichten von Städten und Gegenden und numismatischen Abdrücken sey, ergiebt sich schon aus dem bereits im J. 1791 verfaßten Testament des Herrn Sammlers, nach welchem schon damals dieselbe über 21000 Nummern zählte, wobei zu bemerken, daß er wenigstens eben so viele bis zu seinem im December des J. 1806 erfolgten Tode

hinzugelegt hat. Er selbst bezeugt in seinem letzten Willen, daß ihm diese Sammlung schon damals über 1000 Rthlr. gekostet. Da übrigens dieser Schatz bis jetzt von mir noch nicht hinlänglich hat geordnet und gezählt werden können, so behalte ich mir vor, bei einer andern Gelegenheit über den Reichthum desselben ausführlicher zu seyn. Dem Herrn Hofrath Trosche aber sagen wir für diese patriotische und größte aller Gaben, die bis jetzt von einem Privatmann der Schule zu Theil geworden, unsern gehorsamsten Dank. Möge der edle Zweck dieser Schenkung, zur Bildung des Geschmacks in den zeichnenden Künsten und zur Belebung und Verfeinerung des geographischen und historischen Unterrichts beizutragen, vollkommen erreicht werden!

Unsre Bibliothek.

Der starke Wachsthum derselben hat es nothwendig gemacht, daß wir ein großes Repositorium quer durch den Büchersaal haben ziehen müssen und wir werden in ein Paar Jahren vielleicht um Platz und Raum verlegen seyn. Doch mit der Zeit wird Rath kommen, man muß an nichts verzweifeln. Uebrigens zählen wir jetzt beinahe 10000 Bände und danken den Zuwachs dieses Jahres zum Theil den Herren: Dr. Beck, Canzlei-Director Brandt, Pastor Eyller, SteuerRath Jarzgow, Copist Hinz, Organist Lindig in Ruchow, Steuer-Einnehmer Lukow, JustizRath Rönberg in Schwerin, Geh. CanzleiRath Sibeth, Assessor Sibeth, Hofrath Trosche, Major v. Bieregg, Advocat Voh; — und den Schülern: Bölkow, Bröcker, Grebin, Hoppe, Jahn 1, von Lowgow und Mahke 1.

Unsre Naturaliensammlung

ist in diesem Jahre vermehrt worden durch eine Anzahl feltner Schmetterlinge in Glaskästchen, womit der

Herr Candidat Zander, jetzt in Rakeburg, und eine Sammlung geschliffener mecklenburgischer Steine, wor- mit der Herr Justizrath Könnberg, jetzt in Schwerin, uns sehr angenehme Geschenke gemacht haben.

Veränderungen unter den Schülern.

Zur Universität wurden entlassen:

Ostern d. J.

Johann Christian Friedr. Struensée aus Suckow um Theologie, und

Wilhelm Weber aus Hagenow um die Rechte beide in Rostock zu studiren.

Michaelis d. J. wird entlassen:

Gottl. Friedr. v. Bülow aus Wahnkow um die Forstwissenschaft zu erlernen.

Die Gesamtzahl der Schüler im vorigen Sommer betrug 207.

Ordnung des Examens.

Erster Tag. Vormittag.

1. Erste lateinische Classe. Rector.
2. Philosophische Classe. Conrector.
3. Literaturgeschichte. Rector.
4. Erste hebräische Classe. Conrector.

Dazwischen treten auf: mit einer eignen Rede von Bülow 1. aus Wahnkow: über den Geist des wahren Patriotismus; mit Declamationen: Jahn 1. (II.) Das Opfer, von Seume. Hohn (II.) Elegie in den Ruinen eines alten Bergschlosses geschrieben, von Matthiffon.

Entlassung des Abiturienten.

Nachmittag.

1. Zweite Religionsclasse. Sextus.
2. Erste geographische Classe. Subrector.
3. Zweite griechische Classe. Conrector.
4. Zweite mathematische Classe. Subrector.

Declamatoren: Bolte (II.) Der Tod des Demosthenes, von Simanski. Matthäi (II.) Der Handschuh, von Schiller. von Bülow 3. (III.) Der persische Bauer, von Nicolai.

Zweiter Tag. Vormittag.


1. Dritte Religionsclasse. Cantor.
2. Dritte lateinische Classe. Subrector.
3. Physicalische Classe. Succentor.
4. Zweite naturhistorische Classe. Cantor.

Declamatoren: Jahn 2. (IV.) Die Urne, von Pfeffel. von der Lanke 1. (IV.) Die drei Worte des Glaubens, von Schiller. Eusemihl (IV.) Die Harmonie der Sphären, von Pfeffel. Sperling 2. (IV.) Wilhelm Voltbring, von Eberhard.

Nachmittag.

1. Dritte französische Classe. Succentor.
2. Zweite Classe der deutschen Grammatik. Sextus.
3. Vierte geographische Classe. Cantor.
4. Erste Rechenclasse. Herr Behrens.

Declamatoren: von Pens (IV.) Die Eichel und der Kürbis, von Gleim. Wachenhusen 1. (IV.) Die Fischer, von Götz. Furmeister 3. (V.) Zum Spaß, der sich auf dem Saale gefangen hatte, von Bürger.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn1043353534/phys_0028

N a c h r i c h
von der
Güstrowschen D

Siebentes G

womit

zu der am 27. und 28sten G

anzustellenden

P r ü f u n g d e r D

alle

Gönner und Freunde dieser

mit gebührender Achtung ein

Johann Friedrich

Prof. und Rector der Dom

Krey.

Güstrow 1819.

Gedruckt mit Eberschen G

Johannant des H. K.

